Et edentibus illis dixit Jesus. Amen dico vobis quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valde coeperunt singuli dicere, Nunquid ego sum Domine? At ipse respondens ait, Ille est cui ego intinctum panem porrepero. Et cum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis, Iscariotæ. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox. MAT. XXVI. IOHAN. XIII.

Jesus positis genibus, orabat, dicens, Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.
Et ipse correptus angore intentius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sãguinis decurrẽtis in terram. LVC.XXII.

M. de Vos inuentor. Joan: Sadler scalpsit. 1582.

Dixit Iesus Petro, Reconde gladium tuum in vaginam. An non bibam calicem, quem dedit mihi pater?
Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, et ligauerunt eum IOAN. XVIII.

M. de Vos inuentor. Joan: Sadler scalpsit. 1582.

Tunc princeps sacerdotum discidit vestimenta sua, dicens: Proloquutus est blasphemiam: quid insuper egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiā eius. Quid vobis uidetur? At illi respōdentes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerūt in faciem eius, et colaphis eū ceciderūt. Aly autem palmas in faciem eius dederunt, Dicentes: Vaticinare nobis Christe: Quis est qui te percussit. MATTH. XXVI.

Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, et flagellauit. IOAN: XIX. CAP.

M. de vos inuentor. *I. Sadler scalps. et excud.* 1582.

Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersā cohortem. Et cum exuissent eū, circundederūt ei clamydē coccineam. Et coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, et harūdinem in dextrā eius, et genu flexo ante eū, illudebāt ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et cum expuissent in eum, acceperunt harundinem, et percutiebant caput eius. MATTH. XXVII.

M. de vos inuentor. *I. Sadler ſcalpſ. et excud. 1582.*

Exiuit ergo Ieſus foras, geſtans ſpineam coronam, et purpureum pallium: Tunc dicit eis Pilatus, Ecce homo.
Cum ergo vidiſſent eum Pontifices et miniſtri, clamarunt, dicentes: Crucifige, Crucifige. IOHAN. XIX.

Et acceperunt Ieſum, et abduxerunt, baiulantem crucem ſuam. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc adegerunt vt portaret crucem eius. MATTH. XXVII.

I. Sadler sculps. et excud. 1582.

M. de vos inuentor.

Posteaquam igitur venerunt in locum, qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum, & Jesus autem dicebat: Pater, remitte illis, nesciunt enim quid faciant. LVC. XXIII.

Sed vnus militum lancea latus eius fodit, et continuo exiuit sanguis et aqua.
Et qui vidit, testatur, et verum est testimonium eius. IOHAN. XIX.

Joſeph autem mercatus eſt ſindonem, & deponens eum inuoluit ſindone, et poſuit eum in monumento quod erat exciſum de petra. MARC. XV.

Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendit de cælo, et accedens reuoluit lapidem.
Prę timore autem eius, exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. MATTH. XXVIII.

Illæ autem accesserunt, et tenuerunt pedes eius, et adorauerunt eum. Dicit ei Iesus, Noli me tangere (nondum enim ascendi ad patrem meum,) vade autem ad fratres meos, et dic eis, Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum, Deum meũ, et Deum uestrum. MAT. 28. IOH. 20.

Duo ex illis ibant ipsa die in caſtellum nomine Emaus, et loquebantur ad inuicem. Tunc appropinquans Ieſus ibat cum illis, ac loquebatur eis, et interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt caſtello quo ibant, et ipse ſe finxit longius ire, et coegerunt illum, dicentes, mane nobiſcum, quoniam aduesperaſcit. LVC.XXIIII.